

Jakob Breiger Michael Geringer

Ex Aristotelis ad Nicomachum Libro V. Ethicorum De Iustitia Disputatio Prior

Rostochii: Pedanus, [1619]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729270343>

Druck Freier  Zugang



J. Breiger.
R. N. phil. 1619.

25.

EX

Aristotelis ad Nicomachum

LIBRO V. ETHICORUM

DE

JUSTITIA

DISPUTATIO PRIOR:

Quam

D. T. O. M. A.

*In Incluta Academia Rostochiensi publicè
proponunt*

M. IACOBUS BREIGERUS

P. R. Æ S E S

MICHAEL GERINGER

R E S P O N D E N S

*In Auditorio majori ad d. Augusti horis
matutinis. A. ER. L. 1619.*



ROSTOCHII

Literis suis exscripsit Joach. Pedanus,

Acad. Typographus.

Reverendissimi, Illustrissimi, Celsissimiq;
Principis ac Domini

DN. CHRISTIANI,
Episcopi Mindensis, Ducis Brunsvic. &
Lunaburgensis

Consiliario intimo, Archipraefecturae Cellenensis
Magistro, Toparchae in Wyldeii publicarumq;
rationum per Comitatum Hojensem Praefidi,

Generoso, Magnifico ac Nobilissimo Viro

DN. IOHANNI Behn/
Haereditario in Drackenburg & Hoja.

T. U. M.

*V. V. Reverendo, Consultissimo, Amplissimo, Clarissimo
& Praestantissimo*

DN. M. CHRISTOPHORO FRICCIO,
Ecclesiae Bardovicensis Superintendenti vigilantissimo:
Adfuiti honorando.

DN. JOHANNI Rodewalt /
Ejusdem Reverendissimi ac Celsissimi Principis, Ducis Brunsvi-
censis ac Lunaburgensis, Secretario Secretiori:
Cognato venerando,

DN. ERASMO von der Milen //
Praefecto Hojensium spectatissimo

*Patronis ac Promotoribus suis maximis,
ac devote colendis*

Hoc exercitium Publicum cum S. P. &
Submissione debita offert

Michael Geringer Hojensis.



Παράδειγμα Πολιτικῆς.

I. Duplicem esse, pro duplici Disciplinarum genio ingenioq³, Ordine, tradendis ipsis accommodatum, credimus nunc viris in Philosophia optimis maximisq³: Analyticum autem Politices Scientiæ καλῶς tractanda deberi necessario, asserimus; 1. inducti exemplo Sexagenariorum, quos de ponte dejectere, veteri verberbio, piaculum. 2. Rationibus persuasi Arist. Zabar. Scherb. Arnis.

II. Accidit autem Politicæ quod Monlor. de omnibus ferè artibus ostendit, ut nempe duplicem habeat finem, Internum unum; alterum Externum.

III. Internum Aristot. rectè statuit Rempublicam.

IV. Cujus definitionem, cum Bod. scribit in primo suorum de Rep. librorum limine, ab ijs prætermittam, qui de Rep. scripserunt, quod verum non est, scribit. In manu enim Speulippi illa; ex qua ipse Bod. Genus repetijt & desumpsit; etsi non satis istud probum. Nec ignorari potest, quam ponit 3. Pol. c. 6. repetit explicatius IV. Pol. c. 1. Aristoteles: ubi vide.

V. Atq³, hæc (Respubl.) est quasi Civitatis forma.


Civi-

VI. Civitas autem Subjectum; cui per certa media Respublica inducitur. Arist. Tho. Casus.

VII. Bodinus c. 6. Meth. hist. Statum Reip. Romanæ Polybij tempore Democraticum fuisse censet; cui consentit Rosinus l. 7. Ant. Rom. c. 1. Dissentiunt, eodē notante, & mixtum arbitrantur ex Veteribus, Dionys. Cic. ex Recentioribus, C. Sigon. P. Manut. N. Grucc. Utri creditis Patres Politici?

VIII. Fortè Bodinus, Rosinus, hic cernunt acutiùs: sed non meretur tamen calculum Prior in 2. de Repub. c. 1. ubi Mixtas Respublicas dari posse negat. Imò hoc est, quod salvois suis hypotheseibus defendere nunquam videbitur ipsus posse.

IX. Censorum (sic Magistratus quoddam vocatum olim genus) constitutio prisca & proba fuit: nostro seculo neglecta, magno Rerumpublicarum damno.



Philosophiam practicam, rem quanti vīs pretij! jure meritiſſimo inter dona reponimus, divinitus mortalium conceſſa generi: cui & ſacroſancta habenda, etſi ſalutis eterna confequenda principia hic jacta nulla; nec leviter curanda, aut malignè laudanda, aut otioſè laceranda ulli, qui in eorum eſſe numero nolit, quos Θεοφύει, vocat alicubi Apoſtolus.

2. Quaſita autem iſthac primùm homini, non ex eventu (ſic falſò opinatus Mirandula fuit) ſed Natura auſpicijs & honeſtatis ductu. Homini inquam quaſita, non quat. homo, animiq; intellectiva virtute pradiſtus, ſed quat. *ἄνθρωπος*, ſocietatis naturaliter appetens, loquelâ ac manu à natura inſtructus: Loquelâ quidem, ut jucundior eſſet converſatio: manu, ut multarum rerum indigentia ſeſe liberaret. Quibus intellectus acceſſit practicus, ut frenum injiceret appetenti anima facultati, ſedaret affectus, & cupiditates moderaretur, ne ferino more homines ſibi nocerent, ſed honeſtis virtutum vinculis ſuaviorem efficerent converſationem. Conſer. Picc. in *Iſag.* c. 15.

3. Sed in hanc verè auream Philoſophiam Philoſophos intra muros peccatur & extra, publicè ſcil. privatimq;: Dum novitia via repertores nonnulli aut omittunt multa, qua igni & aquâ nobis neceſſaria magis: aut inutilis morvent quaſtiones, qua ut *G. al.* loquitur, non immutant ſcopum in arte. Ineptè! Perperam! Quid enim hoc eſt aliud, quàm, os uſurpabo Sapientis illius (Seneca volui dicere, nec tamen erravi) operasè nihil agere, aut (ut *Ariſtoph. Iſocr.* dicere conſueverunt)

A

runt)

runt) λεπτολεγεῖν, πῶς καὶ πῶς εὐνολεγεῖν, de asini umbra;
de lana caprina rixari.

4. Quae diligenti digna consideratione, & ab usu commendari queant publico, haec afferenda arbitrabimur: non allaturum novatorum quorundam ineptias, nec moraturi caecas seculi hujus pugnas, sed antiquis (quod in veteri oraculo est) concolorari, haec cura laborque erit. Aristoteli praesertim, viro, non Plautina prosapia, pistorum primo, Philosophorum postremo, sed apici (de Platone haec antea verba usurpavit Arnob.) omnis sapientia atque columini.

5. Caeterum, ne imprudentius Oceano nos committamus, & rerum tractandarum copiosioribus obruamur fluctibus, contractioribus utemur velis: seligentes Lib. V. Eth. Nicom. cujus remque, filumque, paucarum assertionum decursu, quantum nunc satis erit & temporis angustia patietur, persequemur.

6. De Justitia ergo nobis pertexenda tela; qua virtute et si neque, Hesperus neque, Phosphorus clarior, amabiliorque; tamen quemadmodum divinum non tantum sed difficilimum quoque est, eam exercere erga alios, dicente Arist. 1. Eth. c. 1. sic & tractatu, explicatuque arduum est atque laboriosum Justitia negotium.

7. Sed & hoc tamen, quia inter τὰ χαλεπὰ, καὶ δύν. Et quis nescit, τὸς θεὸς τὰ δύνει αὐτῶν πολεῖν τῶνοις? Admoveamus ergo manum operi; faxit Jehova, ut etiam promoveamus.

8. A Nomine de more exordium sumemus, juris nempe & Justitiae; an hoc illi, an istud huic originis debeat honorem? Cujus quaestioni gratia in antecessum notabimus 1. utriusque incunabula seorsum. Jus ergo dicitur antiquae Jovis, quasi Jovis os. Cujus in promptu causa, quum a Jove jus omne. Consentit Latii Gracia, & in ea Hesiodus, cui δίκη Διὸς ἐννεχρῆντα est. Rud. Agric. a jubendo derivat: Festi fortean vestigia premeus, quo autore, jura antiquis dicta jussa. Alij a justitiis; quasi concretum illud; hoc abstractum: Treutl. Setser, Giphhan.

Caetera

Ceteri à juvando: Hos Grammaticos vocat Scip. Gent. cum quibus facere non possit: deducit autem ab illa tragica & miserabili voce *ίσ*. Iustitiæ verò vox male, quæ penultimam, per c. censore Scal. in L. de C. L. L. pluribus scripta: sic dicta, quod vim sistat, si Alciato credimus; si Hotomanno, Donello; quod in eâ jus sistatur: fortasse an Isidorum sequenti, cui iustitia est quasi juris statio. Apud Græcos prope idem vox *δικαιος* significat, derivata *να* & *δω* *εξ* *ειν* juxta C. Rhodig. quod iustitiâ duas æquales partes (pax verbo!) secernat.

9. Notabimus 2. sensum questionis præcunte G. Urs. triplicem, aut enim 1. de rebus ipsis, vocibus his significatis intelligitur: aut 2. de vocibus: aut 3. de ratione seu causa nominis, an scil. res illa, quæ dicitur jus, dicatur isto à iustitiæ nomine, an aliunde? In parato nunc responsa. Si sensum velis primum; jus dicitur à iustitiâ, seu fine; & iustitiâ contra à jure quasi efficiente. Cernis reciprocam originis operam, nec absurdam? sed & hoc addo: Jus aliquando est idem, quod justum. Isthoc autem iustitiæ effectus est. Vides, quid velim? Si secundum; iustitiâ vox est à nomine juris: Et certè sine absurditate, cum sæpius priora per naturam accipiant à posterioribus denominationem. Autoritatibus id præbo, Obr. disp. de princ. Juris th. 5. Ant. Fabr. Goveani, Charond: Exemplisq; sexcentis sexaginta sex. Si Tertium; Negabo jus à iustitiâ dictum; derivabo à juvando. In hoc n. sive forma sive officium ejus consistit.

10. Ceterum proximius ad nostrum Veritatis oraculum, CAP. I. Arist. veniendum, qui postremo sibi reservandam loco Iustitiâ censuit: non quia ultima dignitate, sed quia cognitione: & latiores sui ambitus terminos obtineat; cum non possessorem tantum suum perficiat, ceterarum exemplo; verum etiam in mediam societatum humanarum turbam officij sui munera extendat.

tendat. Idq̄, καὶ πρῶτος καὶ ἑρωςδῶς; ut referri ad alios his
intelligas esse precipuum & domesticum.

11. Neg, verò istud multum in hoc moramur loco, quod
Iuris Iustitiæ Sacerdotib., communi stilo appellatis, opera hæc vi-
deatur adjudicanda. Ex tripode enim dictum Ciceronis
illud, 3. offi. Aliter leges, aliter philosophi tollunt astutias. Illæ,
quatenus manu tenere possunt: at Philosophi, ratione & intelli-
gentia. Et annon in particulari Iustitia solum occupatus Ju-
risprudentiæ candidatus? Philosophus etiam universalem
aliquam Iustitiam agnoscit, veneratur, considerat & c.

12. Considerationis autem hujus methodus hic eadem
Aristot. servata, quæ libb. 1. 2. Eth. alibiq̄: non mala, è publico
nempe sumendi, quicquid ad rem presentem faciat. An quia
vox omnium, si scelere pura & ignorantia vacet, vox natura?
Sinceram autem Naturæ vocem quis falsitatis accusare ausit?

13. Hinc veritatis constabit ratio definitioni Iustitiæ,
quam subjunxit Arist.: Iustitia est habitus, quo homines & ex-
αὐτοῦ τὰν δικαιοσύνην & quo δικαιοσύνην καὶ ἐλάττωται τὴν δικαιοσύνην.

14. Sic & è contrario. Injustitia est habitus, per quem
homines injusta faciunt, & injusta agunt; voluntq̄ injusta.

15. Definitiones hæc, ut dixi, vera omnium consensu.
An & accurata satis? ut pro rudibus haberi non debeant?
Negativa magna Interpretum parti asserta: à qua, qua par-
est, modestia discedo, Veritatis causa, in cujus gratiam non
tantum alienorum, sed & amicorum, tum & proprias sententias
delere, refutare paratus, Aristotelis exemplo, monitu, jussu.

16. Neg, tueri eos voces subjecta possunt. πρῶτος ἡμῶν,
ὡς ἐν τῷ πρώτῳ Περὶ ἰουστίας βιβλίῳ. Neg, enim iste eorum sensus, qua-
si umbratilis definitio & cognitio ἐν ἑαυτῷ utriusq̄ habitus hic
antè proposita, sed quia methodus, qua inventa introductaq̄,
ex communi omnium hominum comprobatoq̄ consensu & judi-
cia

ciò progrediatur. 1. Et quid, si deceremus, phrasin hanc $\omega\sigma\epsilon\upsilon$
 $\pi\pi\omega$ accurata rerum tractationi apud Arist. reperiri aliquan-
do tributam? Ausus id ni fallor CL. Scherbius jam ante.

17. Et quæ quæso, tu nobis dabis Justitia Injustitiæq; defi-
nitiones accuratiores? Ex qua Categoriarū classe melius desum-
pseris Genus? ubi repereris intimiorem differentiam? In $\delta\epsilon\delta\omicron$ -
 $\omicron\mu\alpha$ (sic rectius, nisi errat non nemo Censorum in castigandis
Grammaticis aequè, ac in reformando Aristotele, scripseris,
quam $\delta\omicron\mu\alpha$) an in Aphannis, ubi Cervi cornua abjiciant?
Manus nostra oculata sunt, credunt quod vident, inquit
apud Comicum ille. Ego ad Intellectum alumnorum sapientiæ
transfere; oculatus hic est, non credet hac in re, nisi quod
viderit opera ipsâ probatum.

18. Exegeſin autem Aristotelicarum definitionum non
malè ingreditur, qui, omisso Definito (quo de qua th. 8. 9. di-
ximus hic repetenda sunt, & addenda ex Donald. Kko. Velit.
qua illustrare hanc rem poterunt) in Genus inquisiverit &
Differentiam.

19. A quo opere arceo Ramisequam turbam, qua tan-
gere hanc rem non posset, nisi & fœdaret. Genus, inquit
in Scholijs Logicis Ramus, desumitur à materia, differentia
à forma. Respondeo 1. Id verum est Petre aliquando, non semper.
2. Id verum est Petre nunquam. Quibus oppositis assertio-
nibus contradictionem inesse nullam in Peripatetica nostra
schola constat, cum ad diversa respiciamus: qua de re, cui liber,
interrogare & disputare nobiscum in ipsa $\omega\lambda\gamma\eta\theta\omicron\varsigma$, licebit.

20. Et qui ostenderit nobis hac in re Ramus Genus à
materia, differentiam à forma desumptam, cum compositio ex
materia & forma hic non sit? In Qualitatis enim predica-
mento justitiam rectè posueris: puraputa nempe forma acci-
dentaria hominis, quem justum denominat non efficienter sed

formaliter. Ergò nec solui in materiam & formam poterit. Resolutio enim præsупponit compositionem, sicut multitudo unitatem.

21. Verùm, dimittimus Petrum. Aristoteli genus habitus est. De quo dissentiunt interpretes, an remotum an proximum sit? Prius Acciajolo, Magir. Velst. placet, non dissentientibus Kko Timpl. & alijs, qui pro genere venditant virtutem.

22. Et hac sententia, ut dixi omnibus illis communis: Steinfurtenensis autem peculiariter circa hanc rem malus esse voluit & Rami supplere vicem, quem mors prævenerit non finit hic esse Aristotelis obtrectatorem. Contradictionem nempe, vitia tria jugera longum, acutum cernens Timpl. in Arist. demonstrat, scribente: ἢ μὲν αἰὲς ἐνεὸν διανοούμην, ἢ ἵβιάδε ἐξίς ἀπὸ λῶς ἀρετῆ. Clausula in his verbis c. 3. & justitia universalis tractata; quam tetigisse nunc (et si locus nondum erat meo sensu, de quo mox) Timpleri causa volui.

23. At heus Timplere, strenuè Arist. & Aristotelicorum quantum in te est, (non dubito enim fore ut Ramum in hoc superares genere, nisi partim non posses, partim evidentia veritatis prisca & Peripatetica sapientia permetteret) Obtrectator! an sententia Aristotelica in tuo cerebro nugis pregnante adhuc locus? Ista sic habet. Iustitia universalis & virtus in universum sumpta est una res: sed hac una & eadem res diversam subit considerationem, (quat. scil. est bonum ἀλλότριον & quat. est talis i.e. moralis quidam habitus, simpliciter, absolute, in se) & ob isthanc simul diversa sortitur nomina, ut mox dicatur Iustitia, mox virtus.

24. Caterum ad ipsam de Genere justitia sententiam redeo, & viris illis, Mag. Acc. Velst. in re Ethica exercitatisimis non oppono me quidem severius: propono tamen istud, quod

quod ih. precedenti ex Arist. constitutum, certumq; Virtus & Iustitia univ. re unum quid sunt, respectibus tantum distincta. Quae verò τὸν, illorum unum numquid potest esse alterius genus? Hoc argumento olim usus ex amicis meis M. C. M., quod & ut video exer. Eth. IX. repetitione dignum habuit.

25. Cui equidem concesserim quod scribit, si Iustitiae istae haec definitio Iustitiae universali propria fuerit. At istud est, quod ausim ego negare, argumento ductus non-uno.

26. Praesenti loco sufficiat hoc unum, ex quo deduxeris nullo negotio plura, & caetera quae excogitari possunt, facile quoq; ad illud reduxeris. Quicquid commune est Iustitiae Universali & Particulari, & huiusq; speciebus denegari nulla potest ratione, id soli Universali injuste tribuitur. At definitio haec Iustitiae communis est omnibus illis. Ergo. Atq; haec causa est, cur 1. educere eam è publica huius rei fama voluerit. Arist. cur 2. divisioni in Univ. & Part. & utriusq; tractationi praeponeere &c.

27. Ex quo sole adulto clarius, 1. argumentum Mag. Acc. Velt. oppositum alienius esse. 2. Virtutem Genus esse non posse, sive eam capias prout non re sed ratione tantum distincta à Iustitia est (ita enim Iustitia Universali & convenit, & disconvenit) sive pro virtute in specie. 3. vix poterit aliquid cogitari, aut cogitando inveniri, quod inter habitum & Iustitiam interjici possit, ut sustineat rationem Generis proximi. Ergo 4. Habitum nos tamdiu pro immediato proximog; habituri Genere; quamdiu aliud speratur nobis, ab alijs non datur.

28. Neg; verò necesse est, ut ab hac sententia, in publicum producenda, deterreat vel apparens ejus novitas (vetustissima n. est ἡ ἀληθεύω, & Aristotelica); vel difficultates, quae eam concomitantur videbuntur. Dixerit enim aliquis!

numquid!

nunquid tu novum nobis Ens præter necessitatem, novam
justitiam introduces? Et ubi nobis eam spectandam præbebis? in
orbe, in urbe, in homine quicquid reperitur, & justitia mere-
tur venerabile nomē, id vel Universalis sibi vèdicat, vel aliqua
particularium. Extra hominem ergò, extra urbem & orbem
hæc nova nobis Astræa querenda? Fortasse an isthæc est poeti-
ca illo, quam Ovid 1. Metamor. Hesiod. 1. ἔργων v. 195. abhinc
ad cælos evolâsse scribunt?

29. Resp. 1. Quàm vellem Ovid. Hes. poetarum hæc fa-
cere, si vulgò credimus, officium & fingere! Quàm vellem
eos hæc in causa mentiri! 2. Forma definitur, quod sit id, per
quam res est id quod est. Itane? Prorsus. At quæso te, da,
ostende mihi talem, vel in, vel extra orbem, quæ non sit vel ho-
minis, vel Leonis, vel bovis, vel Muscæ, vel cœli, vel ignis,
vel aëris &c. forma. Nunquam poteris. Quicquid ergò tu
adduxeris Iustitiæ illius, quam posui, tollenda evitandaq; causa,
id omne ego vertam in tuum, in Philosophorum, in Formæ istius
caput: quam, & cujus definitionem negare nunquam potes,
nisi deponi velis in templo Æsculapij, quod in Insula est, ut elle-
bóri bibas, quantum satis est, aut deportari in Exilium ad Cim-
merios, ubi nec Philosophema audias, nec libros legas.

30. Ergò ut rem sine nube videas, utere 3. Inductionis
opera in exemplo, quod dedi: siste tibi ante oculos formas
omnes, leonis, hominis, bovis, muscæ, ignis aëris, &c. & præ-
scinde quicquid in hac (v. g. leonis) & in illa (v. g. hominis)
& sic deinceps in tertia, quarta &c. forma peculiare est ac
proprium: quale, Leoni dare esse, homini dare esse, igni dare
esse. Ista inquam; cuiq; formæ propria relinque, & apprehen-
de intellectu, quod reliquum est, & omnibus commune, nempe
dare esse. Et tunc constitue hanc definitionem Formæ (non
hujus vel illius; Leonis vel bovis) sed in abstracto: nempe
Forma

Forma est, quæ dat esse rei: sive, quod perinde est, per quam res est id, quod est.

31. Pariter pone Iustitiæ hunc conceptum, per definitionem Aristotelicam expressum, & thesi 13. nobis repetitum, approbatumq;. De injustitia, quantum ad hanc rem, ratio est non-dispar.

32. Ad differentiam pergimus, quæ una, non tres, ut Gol. ait, sed trium tamen respectuum ratione assignata: quarum desumpta 1. $\delta\iota\omicron\ \tau\eta\varsigma\ \delta\iota\omega\acute{\alpha}\nu\epsilon\omega\varsigma$ quid iustitia instructus possit agere. 2. $\delta\iota\omicron\ \tau\eta\varsigma\ \pi\acute{\epsilon}\alpha\acute{\gamma}\epsilon\omega\varsigma$ quid idem agat. 3. $\delta\iota\omicron\ \tau\eta\varsigma\ \beta\epsilon\lambda\lambda\eta\sigma\epsilon\omega\varsigma\ \kappa\alpha\iota\ \pi\epsilon\sigma\alpha\sigma\pi\acute{\epsilon}\omicron\sigma\epsilon\omega\varsigma$ quid idem velit agere. Confer omnium interpretum cohortem, si placet.

33. Ubi parum moramur ordinis illam inversionem, quam hic nonnulli timent. Nihil enim ab ea veritati periculi est. Et eam tamen si tollere volueris, fortassis non explicabitur male hoc sensu, quod iustitia huiusmodi habitus sit, quo potentes simus agere iusta, & eadem quoq; actu ipso agamus, & velimus quoq; talia agere, etiam tum cum ansa occasioq; non offertur ulla.

34. Ulpian. l. iustitia 10. ff. de Iustit. & Iur. paulò aliter definit: Iustitia est perpetua & constans voluntas, jus suum cuiq; tribuendi. Eandem repetit Imperator in princ. Inst. de Iust. & Iur. Sed adversis eam diversi perunt confodiuntq; telis. Thom. in 2. secundæ vocem voluntatis ferre non potest: non simpliciter quidè, ut vulgò notat, sed quatenus habere Generisrationem debet. Manifesta enim ejus definitio, quam ibidem ponit, quod sit habitus, secundum quem aliquis constanti voluntate (ecce tibi vocem, quã in Imperatore non ferebat!) Jus suum tribuit unicuiq;. Alij defectum se ostendisse putant, si reliqua duo juris præcepta (quæ nota publicè, & notata tum in ff. tum in Inst. l. 3.) prætermissa dixerint. Voci perpetuæ non nemo iniquus, cum celer humanas turbo fatiget opes, & fata,

B

sava,

sava, quicquid ubiq; rerum est, diurnare vetent: adeo ut nihil per rerum naturam perpetuitatem sibi arrogare possit. Quia: & aliud neganda perpetuitati paratum in ipsis Inst. §. II. de Jure Natur. Gent. & Civil. argumentum, à præceptis ejus, quæ non raro mutari Imperator. concedit.

35. Cæterum non videtur in allatis causa sufficiens, cur sede sua dimoveri patiamur isthanc Iustitiæ definitionem. Ictis sacram: Imò eam tutabitur facile, qui notaverit. 1. vocem voluntatis μετονομασις accipi pro habitu. Et 2. quia pro habitu, suam etiam Iustitiã constantiam, perpetuitatemq; sibi debitam obtinere. 3. Perpetuitatem, inquit Virg. Saltzburg. ex parte objecti. Sed annon etiam quoad actum ipsum? Negat ille: at meã sententiã, sine ratione, & contra veritatem Aristotelicam: solã ductus confusione eorum, quæ per se hic sunt, & quæ per accidens intervenire possunt. Sed hæc 4. plenius qui volet, & si quæ sunt objectiones alia, videre refutatas, præter Ictorum libros consulat Gilken. in 5. Ethic. cui in defensione istius facile assentimur. Quin & 5. hoc addimus, re ipsã Imperatorem cum Aristotele convenire.

36. Verumenimverò iterum ad Gilk. veniendum, cum quo paucis agam de comparatione utriusq;. In ea namq; sententiã Gilk. gerit, ut perfectionis honore Aristoteleam privet. Ratio, qua Dares. hic Entellum provocat, hæc est: quod nativam Iustitiæ formam vel non comprehendat omninò, vel subobscurius. Ait. 2. ad Ictos non pertinere tractatum de habitibus. E. neq; debuisse per habitum definire.

37. At inquam. 1. cæcutit in media Gilk. luce: Annon ipsa Iustitiã formalis ratio in justè agendo consistit? 2. Hanc ipsam justè-agendi rationem ut exprimeret Ulpianus, posuit voces has: suum cuique tribuendi: adeo ut Aristoteleam vitij istius accusare non possis, nisi eadem operã & Imperatoriã damnas. 3. Alterum argumentum quis ferat? Nemo nisi qui
monstra

monstra definitionum in unaquaq; Disciplina ac Facultate ferre
animum induxerit. 4. Sed & iterum damnat Imperatorem suo
argumento insulso Gilk. Pone enim contra viros in Iuridi-
cina optimos maximosq;, non pro habitu, sed sine tropo acci-
pi, quid Imperator respondebit de voluntate? Hujus con-
siderationem non Fictus sed Physicus suam facit, ut patet,
Ergonè dices Gilkeni, non potuit, nec debuit Iustitiam per
voluntatem definire?

38. Habitui autem huic alius opponitur, Iniquitatis nem-
pe, Iustitiæ contrarius, definitus nobis th. 14. in quo tria ista,
quæ in Iustitiæ occurrere diximus th. 33. cuiusvis patent.

39. Fuit autem iste positu necessarius, cum habitus præ-
Æticus, dicente Aristotele, non magis efficere contraria possit,
quam sanitas aut morbus, calor aut frigus. Est namq; diversa
hujuscemodi habituum ratio à Scientiâ & facultatibus, quarum
illi contraria considerare fas est, cum pertineant hæc ad eãdem
Scientiam. Facultates a. v. g. visus & albi & nigri; aut (de
utriusq; generis δύσμερον accipi non absurde potest) Rhetorica
valet ad suadendum & dissuadendum, ad laudandum, &
vituperandum.

40. Caterum providentiâ Aristotelicâ æmuli, porro
quoq; filium Eiusdem sequemur, fundamenta jacturi subse-
quendarum de Iustitiâ assertionum, triplici hæc nota præsup-
posita. I. Contingit sapius, ut habitus innotescant ex subjectis:
Nam, si bona corporis habitudo v. g. carnis densitas, nota sit,
ignorari vix poterit mala: Erit enim hæc, carnis raritas.

41. Deindè: contingit sapius, ut habitus contrarius à
contrario innotescat: Nempe, si notior ille sit, oppositum sibi,
sed obscurum, evidentia sua radijs illustrare poterit.

42. Tertio: Sequitur quoq; plerumq;, ut, si Contrario-
rum unum multis modis dicitur, alterum modis dicatur toti-
dem, v. g. si ὀφάρυκον jus, etiam injuria. CAP. II.

43. Hujusmodi autem Homonymia vel occulta est, quam in ijs cernere rebus licet, qua inter se magnam habent similitudinem, adeo ut difficulter secerni queant: vel Manifesta, ob rerum nempe manifestam diversitatem (exemplum hujus, vox κλέος, qua seram, & dein os juguli designat) quâ imponatur nulli, nisi qui τοφλός τῶν τε νέων, τῶν τε ἄντων, τῶν τε ὄμυλων.

44. Hic accipiendum E. quod pluribus Injustus dicatur modis: Nempe & hic, qui παρὰ νόμον, contra leges quaslibet peccat, & ille, qui πλεονέκτης καὶ ἀνίους plus sibi capit, quam par est, & aequalitatis non curat rationem.

45. Huic viro injusto duplici Iustus (vi nota tertie) respondebit duplex, ut dicatur, tum qui legibus observandis operam navat sedulam, tum qui aequalitatis studiosus tenaxq, ut tribuat & sibi & alijs, quantum par & honestum est.

46. Pari modo & jus 1. Legitimum erit, & 2. ἰόν. Injustum sive Injuria contra quoq, tum 1. Illegitima. 2. injusta.

47. Unde colligendum nobis relinquit Aristoteles, quod mox insinuabit, δικαιοσύνην, justitiam (sicut τὴν ἀδικίαν) duplicem esse; Unam, quae ἰσότης, Gracè dici debeat, particularis existens servet aequalitatem: cui opposita ἀνίότης, aequalitatis destructiva. Alteram, quae νόμιμος, Legalis dicta, universalis sit, & Leges servet: cui opposita παρὰ νόμον, Leges violando, injuriâ Rempubl. afficiens.

CAP. III. 48. Cum verò Leges nominamus, eas intelligimus, quae ὀρθῶς κείμεναι, non ἀπεχεδιασμέναι, atq, rectam rationem honestatemq, pro fundamento habent: veneranda nobis & Sacrosancta habenda, quum tales in Republ. bene constituta nihil sint aliud, quam virtutes armatae: sicut injustae Leges e contra-riose sunt vitia ipsa, pelle leonina induta.

49. Quares in causa, cur distinguendum nobis, praesertim malè-constitutæ Rei publ. intuitu, fuerit civis bonus à viro bono; quae duo tamen in uno laudatæ civitatis Republicaeq, incotat.

incola facile conjuncta reperiantur. Exemplores manifesta.
Apud Derbices, si Alex. ab Alex. credimus, Massagetarum Lex
erat de parentibus, postquam senio confecti, mactandis devoran-
disq;: Quod si quis fecerit ex Reipubl. istius membrs, bonus
civis habebitur, pro viro autem bono, pro justo viro haberi
non potest.

50. Atq; ex his Aristoteli primum c. 3. exstructum
argumentum pro justitia Universalis asserenda. Alterum à
notatione desumi potest, hunc propè in modum. Quacumq; à
scientia Legum ferendarum definiuntur, justa vulgò dicun-
tur. At & vopius, legitima sunt illa, qua à vopio dicitur definiuntur.
Ergo omnia ista vopius justa dicenda sunt. Quod si verum,
ergone dandus habitus, per quem comparati sumus ad obædien-
dum omnibus Legibus? Prorsus: Et hinc Justitia Univer-
salis exsurget: (vel etiam non obædiendum omnibus legibus:
unde Injustitia Universalis, magis vicia exstruitur.)

51. Atq; ex hac obædientia erga leges an estimabimus
virum justum? Sic fieri vulgo, fatendum fuit Aristoteli, nec
negandum nobis. Ipsam rem verò sine ista fama publica nube
si cui intueri placuerit, deprehendet, cum demum verè justum,
qui Legibus non indiget, sed suo Marte absq; Legum jussu,
quod decet, facit. Intellexerunt illud prisca Politices consulti.
Xenophon; inter cujus praecepta prima fuit, ut ita institueren-
tur subditi, ne legibus ipsis opus sit: Plato item: qui majorem re-
quirebat in Institutione civium, quam in ferendis legibus,
curam prudentiamq;.

52. An, quia probè instituti educatiq; admonitione
non indigent, & coactione legum? Sponte nempe sua executuri
germana Justitiae munera, tum exhibendo Dis pietatem, Prin-
cipi obædientiam, parentibus officia: tum in defensando Rei-
publ. salutem, Singulorum tranquillitatem.

53. Praescribunt autem Leges (quia ad bene vivendum

B 3

compa-

comparata sunt) de omnibus honestis, οὐμὴ ἕρπον ἢ πᾶσιν, ἢ
τοῖς δεῖσις &c. Prescribunt de ijs, quæ sunt viri fortis, tempe-
rantis, mansueti, cæterarumq; virtutum. Vide Aristotelem in
textu de hac re planius pleniusq; differentem.

54. Unde nobis illud fluit. 1. Quod iustitia hæc nostra
universalis legibus obædientiam præstando omnibus, omnia
quoq; iusta (sive publica sive privata sint) Legib. innexa intex-
taq; sive (dicam idem, sed aliter: ne me non intelligas) quæ
jure & legibus aptè scienterq; constituta, de omnibus vita offi-
cij, & illis, quæ ad civilem societatem conservandam ornan-
damq; pertinent, pro objecto agnoscat habeatq;.

55. Sed hæc eadem in re cum virtutes quoq; Morales oc-
cupatae sint, fluit hinc. 2. quod ex Theogn. Aristotel. ait, ju-
stítiam hæc esse οὐδὲν ἕν πῖος δεῖν. Adeoq; & 3. vir-
tutem πλείων; cum 1. omnes in sinu foveat suo. 2. τῆς πλείας
δεῖν ἕξῃσι; sit: & quidem ἕξῃσι; πλεία. (Sic jungo hæc; dis-
juncta Interpreti Latino Joan. Bernh. Febriano, ut sapius, ita
hic febricitanti) quippè ὁ ἔχων αὐτὴν καὶ πρὸς ἑαυτὸν δύναται τῇ
δεῖν ἕξῃσι; ἀλλ' ἢ μόνον καὶ αὐτὸν. Quorsum Biantis
illud spectat: Magistratus virum ostendit. Et Sophoclis,
in Antigone. Nullius viri pectus introsspici, priusquam Magi-
stratum gesserit, posse.

56. Ecce! hæc nativa Just. Universalis facies, expressa
Aristoteli nobisq; veris lineis verisq; umbris: Quæ quem
facit denominatq; virum iustum καὶ ὅσον dicimus: Et est, qui
honestè vivit: Honestè autem vivit secundum virtutes omnes,
comprehensas habitu, quo vivit, & quo est id quod est.

57. Sunt ergò virtus univèrsim accepta & iustitia
universalis res una eademq;. Cave tamen vel hanc vel illas
superfluas esse, suspiceris. Neq; enim ex usu Reipubl. erit, si tol-
las vel has vel illam, neq; ad veritatis lineam.

58. Cui rei insinuande Arist. verba nata, qua posita

in

meditullio e. huius, Iustitia virtus est, ἀλλ' ἔχ' ἀπλῶς: & repe-
tita in sine ejusdem sensu plenissimo, qua adscribisse non pige-
bit. ἐστὶ ἡ δικαιοσύνη ἢ δεξιότης, τὸ δὲ εἶναι ἔ τὸ αὐτὸ. ἀλλ' ἢ μὴ πρὸς
ἐπὶ ἐν, δικαιοσύνη; ἢ) ἐλάδ' ἐξὶς ἀπλῶς, δεξιότης. Videri ergo?
Apud Aristotelem secundum rem eadem sunt Iust. Universalis
& Virtus: secundum τὸ εἶναι, ἄναι, inquam ἡλικία, (& sic
secundum rationem) distincta sunt.

59. Spectantur E. ut inquit Casus in Spec. Virtutes
dupliciter. 1. absolute secundum precepta propria, (rectius)
in se, 2. respectivè secundum justitiam rationem, quod in illis oc-
currere potest. Exemplo sit Fortis, qui quatenus talis, pericula
necessaria decenter & animosè aggreditur secundum fortitu-
dinis statuta: Sed quatenus nec concipi damnum infert, huius
& Reipublica tuetur salutem, justus unà esse incipit. In cate-
ris par ratio. Undè manifestum, nihil hic esse frustra aut super-
vacuum: Etiam tum, cum Iustitia Universalis integra & uni-
versa virtus esse dicitur. Id namq; verum de virtute, quatenus
hàc erga proximū utimur, quemadmodū pietas universa virtus
est, sed quatenus per eandem nitimur oba dire voluntati divinae.

60. Ad justitiam particularem nobis pergendum, quam C.A.P. IV.
methodo consimili Arist. eruit, quem sequemur ἢ) πῶδα. Sed hoc
modo 1. Præaccipimus è publico, τὴν ἀλεονεξίαν inter vitia res-
ponendam, & eum, qui ἀλεονεξίαν τῆι pravitate quâdam agere.
At verò ipsa non est una cæterarum pravitatum (μορφεῶν).
Non est v. g. hæstæ ob ignaviam abjectio; non est Maledicen-
tia; non est Avaritia opus. Ergò est quoddam injustum, ha-
bens se, ut pars illius injusti totalis, quod est præter Legem, &
quædam injustitia quasi pars existens injustitiæ Universalis.

61. Hic discursus Philosophi est: non malus, sed obscurius
tamen & non nisi obliquè thesî nostram confirmare videtur.

62. Igitur ut lucem inferas negotio huic, resumenda in-
hujus (ut & duorum subsequentium th. 64. 65.) ex fundamen-

810

is supra positus, secundum tertiumq; : quibus sponsoribus nobis
emerget hujusmodi argumentatio satis luta. Si datur injustitia
in parte, dabitur etiam justitia particularis: At prius est, ex
th. 61. Etenim nihil certius, quam improbam actionem, si per-
severet, habitum producere consimilem? Ergo.

63. Et justitiæ hujus particularis habitum, qui correctivus improbi affectus,
& destructivus vitij oppositi, oportet distinctum esse à reliquis virtutibus: cum pertur-
bationes ista ad fraudes & lucrum, in quibus moerandis occupatus est, à materia re-
liquarum virtutum differant.

64. A Finium diversitate argumentum. I. petit Arist. in textu: præsuppo-
sito axioma trito, Actiones deo nominantur à finibus. Et tum inquit: pone facturæ
idem, V. g. adulterium; hoc committant bini; Unus sumtu magnò, libidinis cupidita-
tisq; explende causa; alter, lucri. Ecce factum idem! Sed dispares, tamen commit-
tentes, quorum prior intemperans non injustus; posterior injustus, non intemperans
propriè dicitur. Ergo dabitur injustitia particularis, que sit distincta ab universali.

65. Et quæro III. quorsum referes $\omega\lambda\epsilon\omicron\nu\epsilon\zeta\iota\omicron\omega$, si ad pravitates præce-
dentibus virtutibus moralibus oppositas pertinere non possit? Non potest autem ad
has reduci. E. constituet peculiare genus vitiorum.

66. Sic E. Justitiæ particularis habitus assertus nobis, quem cognominem
Universali Antiquitas voluit, $\acute{\omicron}\pi\ \acute{\omicron}\ \acute{\omicron}\ \epsilon\lambda\iota\mu\omicron\varsigma\ \epsilon\upsilon\ \tau\acute{\omega}\ \acute{\alpha}\iota\tau\acute{\omega}\ \chi\upsilon\epsilon\iota$, nempe $\epsilon\upsilon\ \tau\acute{\omega}\ \omega\zeta\omicron\varsigma\ \acute{\epsilon}\tau\epsilon\omicron\nu$, est. Quemadmodum enim illa superaddit virtutibus, quarum
 $\sigma\acute{\upsilon}\lambda\lambda\eta\lambda\iota\varsigma$ est, usum erga alios, sive amicos, sive inimicos: sic & hæc tota consistit in
usu erga proximum.

67. Discrimen tamen inter ista non est nullum. Illa est veluti totum, ambi-
tu suo omnium virtutum coronam concludens; occupata etiam $\omega\lambda\epsilon\iota\ \acute{\alpha}\tau\omega\ \omega\iota\ \acute{\alpha}\tau\omega$
 $\pi\epsilon\iota\ \acute{\omicron}\ \sigma\tau\iota\ \acute{\omicron}\ \omega\omega\ \delta\acute{\alpha}\iota\omicron\ \textcircled{\omega}$ s. fin. c. 4. Hæc totius virtutis tantum pars est, operam
suam particulari alicui subiecto definitam habens, circa quod pensum officiorum actu-
umq; suorum absolvat.

68. Hoc quale sit, porro brevibus inquirendum. Non posse id uno exprimi no-
mine, cernens Arist. honores, pecunias, aliæq; fortune bona producit c. 4. Quæ tamen
cum jam in superioribus alijs virtutibus propè devincta fuerint & adjudicata: Formale
seu modus considerandi illis superaddendus fuit, quo ad rem præsentem contraheretur.
Hunc dicimus esse respectum ad lucrum, & educimus ex verbis Aristotelis,
 $\pi\epsilon\mu\ \delta\iota\ \eta\delta\omicron\nu\eta\nu$, $\tau\eta\nu\ \lambda\acute{\omicron}\tau\acute{\omega}\ \tau\acute{\omega}\ \kappa\acute{\epsilon}\rho\delta\epsilon\varsigma$.

69. Tantum est; & annon ad disputandum plus satis? De Speciebus autem
Particularis hujus Justitiæ in specie, Distributiva, Commutativa, &c.
Juribus item, & his annexis Quæstis dissertabit. Exerci-
tatio posterior.

$\omega\zeta\omicron\varsigma\ \acute{\epsilon}\tau\epsilon\omicron\nu\ \textcircled{\omega}$


meditatio e. huius, iustitia virtus est, ἀλλ' ἐν
tita in fine ejusdem sensu plenissimo, quae adscri
bit. ἐστὶ ἡ δικαιοσύνη ἢ ἀρετὴ, τοῦδε εἶναι ἢ τὸ αὐτὸ.
ἐπεὶ, δικαιοσύνη; ἢ) διαδοῖς ἐξ ἑ. ἀπὸ ὧς, ἀρετὴ
Apud Aristotelem secundum rem eadem sunt
& Virtus: secundum τὸ εἶναι, ἅναι inquam
secundum rationem) distincta sunt.

59. Spectantur E. ut inquit Casus in
dupliciter. 1. absolute secundum precepta pr
in se, 2. respectivè secundum iusti rationem,
currere potest. Exemplo sit Fortis, qui quatenus
necessaria decenter & animosè aggreditur sec
dinis statuta: Sed quatenus nec concivi damna
& Republica tuetur salutem, iustus unà esse i
ris par ratio. Undè manifestum, nihil hic esse fr
vacuum: Etiam tum, cum iustitia Universalis
versa virtus esse dicitur. Id namq; verum de vi
hàc erga proximū utimur, quemadmodū pietas
est, sed quatenus per eandem nitimur oba dire

60. Ad iustitiam particularem nobis pe
methodo consimili Arist. eruit, quem sequemur
modo 1. Praecipimus è publico, τὴν ἀλεονεξία
ponendam, & eum, qui ἀλεονεξία pravitare
At verò ipsa non est una ceterarum pravitatur
Non est v. g. hasta ob ignaviam abjectio; non
tia; non est Avaritia opus. Ergò est quoddam
bens se, ut pars illius iniusti totalis, quod est pr
quædam iniustitia quasi pars existens iniusti

61. Hic discursus Philosophi est: non mal
tamen & non nisi obliquè thesin nostram confir

62. Igitur ut lucem inferas negotio huic,
huius (ut & duorum subsequentiū th. 64. 65.



CAP. IV.